





3
5
1800 3

ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
VIRI ILLVSTRIS
LIBERI BARONIS
GODOFREDI AVGVSTI
DE LORENTZ

MITTWEIDA - MISN.

EXAMEN

D. XXIX. OCTOBR.

LAVDABILITER SVPERATVM

PVBLCICE TESTANTVR.

Inest Respons. Iur. CXIV.

In Saxonia per haereditatem non effici iurium
confusionem.

Verf. Bauer, Heimr. Gottfr.

ORDINARIUS

SENIOR ET JUNIOR ASSASSORES

REACTOR ET IURISCONSULTUS

PROFESSOR

ET IURISCONSULTUS

SENIOR ET JUNIOR

GONONKEDI AVGYSTI

ET IURISCONSULTUS

REACTOR ET IURISCONSULTUS

PROFESSOR ET IURISCONSULTUS

SENIOR ET JUNIOR ASSASSORES

REACTOR ET IURISCONSULTUS

PROFESSOR ET IURISCONSULTUS

SENIOR ET JUNIOR ASSASSORES

REACTOR ET IURISCONSULTUS

PROFESSOR ET IURISCONSULTUS

SENIOR ET JUNIOR ASSASSORES

REACTOR ET IURISCONSULTUS



RESPONS. CXIV.

*In Saxonia per haereditatem non efficitur
confusionem.*

IUSTINIANVS more suo et inprimis in *l. fin. C. d. jur. delib.* verbosus longe lateque de beneficio gloriatur, quod haeredi ex inventario rite intra legitimum tempus confecto largitus fuerit. Cujus summa haec est, ut haereditas a bonis haeredis propriis discernatur, jurium obligationumque confusio effugiatur, adeoque, si quid haeredi a defuncto debitum reperitur, aequali is jure cum caeteris creditoribus vtatur, §. *9. d. l.* Ibi diserte *si vero et ipse aliquas contra defunctum habeat actiones, non haec confundentur, sed similem cum aliis creditoribus per omnia habeat fortunam.*

A 2

Quod

Quod si vero haeres neque hanc normam sequitur, neque haereditatem intra spatium deliberandi causa concessum repudiat, vel ab ea abstinet, propter transitum omnium defuncti jurium obligationumque, ob quam haeres vnam cum defuncto personam referre existimatur, indeque promanantem ex Romanorum intellectu confusionem, eundem debitis haereditariis legatisque in solidum obligat, § 12 et 14. d. l. fin.

Aequius cum haerede agit jus Saxonicum, siquidem *art. 6. Lib. 1. Iur. Prouinc.* ultra vires haereditatis eundem non obligandum esse nude constituit verbis: *Wer das Erbe nimmt, der soll des Verstorbenen Schulden bezahlen, in so weit das Erbe zureicher,* vt vero ex inuentario rite ac certe intra anni cancellos confecto haereditatis vires doceat, simul non exigit. Nec agnoscit promanantem ex haereditate personarum vnitatis iuriumque confusionis fictionem. Vnice ex bonis a defuncto acceptis, pro modo eorum haereditatem obligat.

Ista igitur necessitas inuentarii conficiendi ex recepto Iustiniano jure an ad nos transierit eo iustius dubitabatur, quo magis in Saxonia, haereditatis vires per consignationem rerum omnium ea comprehensarum ab haerede factam et iurejurando confirmatam enucleari mos inualuerat. Vt vel per editionem inuentarii omnibus numeris absoluti juratae confirmationis
quam

quam aduersarius petierit, obligationem non declinari LEYSER. in *Spec. CCCLXIV. Medit. VI. sq.* profiteatur. Quam sententiam, quoniam nescitur, annon haeres, antequam inuentarium conficiebatur, quicquam surripuerit, iustissimam, suffragante praxi, omnes sequimur.

Igitur quaemadmodum Diuus Elector AVEGVSTVS in Constitutionibus passim mores Saxonum contra peregrina jura vindicauit, quod ex *Const. 15. et 45. Part. II.* nec non *Const. 1. et 24. Part. III.* intelligimus, idem in re nostra praestitit IOHANNES GEORGIVS II. *Decis. LVII.* Quanquam enim, continuata ultra annum haereditatis possessione, abstinenti repudiandique veniam denegauit, ipsa tamen concessione edendi inuentarii, vel consignationem factam iurejurando corroborandi, ac obligationis, creditoribus satisfaciendi, ad vires haereditatis restrictione illam personarum vnitatis iurisque confusions fictionem a Romanis excogitatam reprobauit. Siquidem ne dolosum quidem haeredem, quem id egisse confiterit, vt haereditatem in fraudem creditorum deminueret, ad plenariam creditorum satisfactionem, quam operatur confusio, tantum ultra vires haereditatis obligauit. Potius luculenter constat hanc *Decis. LVII.* sic vtramque legem, patriam, videlicet *d. art. 6. Iur. Prou. Sax.* et Iustinianeam, conciliasse, vt, quod ex

illa ad nullum temporis decursum adstrictum existimabatur legitimi haereditis arbitrium, captam haereditatem vel retinendi ac sibi habendi, vel creditoribus, ut, quod sibi deberetur, ex illa acciperent, restituendi, in utroque, legitimo ac testamentario, haerede ad illud annale spatium a Iustiniano constitutum adstrinxerit, ita quidem, ut haeredi, qui non intra annum haereditatis vires legitime manifestauerit, abstinendi repudiandique veniam denegaret, eumque obligaret, creditoribus pro eo, quod valerent substantiae haereditariae vires, soluere, non, prout Iustinianus, iis omnino satisfacere: Dein, ut legitimi inuentarii, quod Iustinianus requirit, vim et effectum aequae rerum haereditariarum consignationi, iurejurando confirmatae, fuerit largitus: Denique, ut solum haereditatem, quem id egisse appareret, ut cum dispendio creditorum lucrum ex haereditate caperet, ultra huius vires creditoribus obstrinxerit. Etenim hoc ipso, quod ne dolosum quidem haereditatem, ut, quae deberentur omnia, solueret creditoribus, obligavit, apertius significavit, se nullam iurium confusionem agnoscere. Siquidem extensa obligatio ultra haereditatis vires, id est, quales aperuit haeres, hoc unum efficit, ut creditoribus copia fiat, in litem iurandi, quales opinentur esse haereditatis vires.

Est

7

Est quidem haeres, quod largior, in vniuersum jus defuncti successor, adeoque, quoniam jus simul obligationes continet, naturaliter consequi videtur, vt mutua debita et credita confusione extincta censeamus, atque hanc confusionem in haeredem, qui inventarium conficere, et consignationem cum oblatione iurejurando eam corroborandi iudici exhibere neglexit, anno post apprehensam possessionem elapso, cadere, ex hoc ipso iudicemus, quoniam lex nostra eundem obligationi haereditariae obstringit.

Atque subscribendum esset huic ratiocinio, si confusio illa ad essentiam juris haereditarii pertineret, ab eoque separari non pateretur. Possè vero sejungi, et vere sejungtam intelligendam esse, non solum, quod monui, vetus Saxonum jus, sed ipsum etiam inventarii beneficium euincit, ejus hanc esse virtutem Iustinianus profitetur, vt ultra vires haereditatis creditoribus haeres non obligetur, neque confundantur ejus, si quas contra defunctum actiones habuerit, vt potius eodem cum caeteris creditoribus jure perfruatur, salua privilegiorum, qua horum quisque aduersus reliquos gaudeat, praestantia, *d. l. fm. C. d. iur. delib. §. 4. et 9.*

Hoc juris beneficio solum haeredem in circumueniendis creditoribus occupatum, non in exhibenda rerum haereditate

com-

comprehensarum consignatione (specificationem dicunt) ultra annum cunctantem desistuerunt voluisse Saxoniae Llatorem, hoc ipso loquitur *Decif. LVII.* dum, quae ex inventario legitimo descendit, eandem juratae specificationi vim tribuit, et morosum ejusmodi haereditatem jubet, ut creditoribus, non in solidum, tantum pro viribus haereditatis ex jurata specificatione demonstrandis satisfaciat. Consequitur enim ex his, ut, quam primum haeres ad juratam confirmationem editae consignationis admittitur eandem praestiterit, idem juris beneficium, quod inventarium legitime iustoque tempore factum tribuit, consequi, adeoque personarum unitatis fictionem iuriumque et obligationum confusionem effugere debeat. Siquidem omnes scimus, haereditatem non sola oblatione, intra annum, vel effluxu eo, fiat, sed ex quo constat, adversarium vel nolle, vel non potuisse majorem substantiam ab haerede sibi vindicatam probare, jurandi veniam impetrare.

Et quo ipso per concessum haeredi super viribus haereditatis iuramentum *d. Decif. LVII.* simul idem beneficium restituit et confirmat, quod iure communi ex inventario intra legitimum tempus factum *IUSTINIANVS* tribuit, non est, ut inter credita haereditis et aliena distinguamus. Etenim beneficium illud non obligationem solum, ultra vires haereditatis solvendi tollit,

et

et hoc ipso actioni haereditis simul virtualiter prospicit, sed iurium etiam confusio, quod supra monui d. §. 9. diserte praestruit. Ut simul intelligamus, ne Romano quidem iure jus haereditarium per se, verum beneficii, quod ex inuentario proficiscitur, iacturam esse confusionis genitricem. Pugnaret etiam haec inter aliena ipsiusque haereditis credita distinctio cum natura compensationis, quae dum mutuam obligationem ipso iure tollit, *l. 10. princ. l. 21. D. l. 4. l. fin. C. d. Compens.* id simul efficit, ut defuncti bona eo, quod haeredi debetur, quo tempore viuis intererat, de cuius haereditate quaeritur, absumpta, ad haereditatem, quae, nisi deducto aere alieno, non intelligitur, nihil conferre valeant. Siquidem contradictionem inuolueret, quod viuo testatore ejus bona imminuerat, adeoque officio suo jam defunctum fuerat, post mortem confusione extinctum venditare. Verbo, aut plane abrogatam vel potius reprobata nostra Decisione censeamus istam vnitatis et confusiois fictionem, quod mihi persuasum habeo, aut inuentarii beneficium ex jurata specificatione restitutum, ex vtraque hac thesi aequè consequitur, haeredi, probatis et jurisjurandi religione confirmatis haereditatis viribus, confusionem objici non posse. Accedit, omnes interpretes probatae in foro auctoritatis, quo ipso eandem juratae specificationi cum inuentario

viri tribuunt, v. BERGER. *Oecon. Jur. L. II. Tit. IV. §. 50. not. 6.*
 WERNHER *Tom. I. Part. IV. Obs. 174.* MENCKEN. *ad Pandect. Lib.*
XXIX. Tit. VIII. §. fin. alios praetereo, huic sententiae calcu-
lum adijcere. Idemque diferte facit PHILIPPI ad Decif. LVII.
Obs. II. num. 6. fs.

Secundum has igitur rationes partim ex natura rei, partim
 ex difertis legum verbis prodeuntes non dubitauimus ad ejus-
 modi quaestionem nuperime nobis propositam respondere.

Nimirum Titia ob dotem XVIII. millium thalerorum, de-
 fundo marito; indulta *Constit. XXXIII. Part. III.* omnia bona,
 nemine contradicente, possidere ad mortem vsque continua-
 verat, E. et S. haeredibus ex testamento relictis. Hos obtentu
 legati aliquot millium joachimicorum a Titio profecti Caja
 conueherat, argumento instructa, propter amissum inventarii
 beneficium Titiae dotem confusione extinctam esse, adeoque
 legatum deberi. Cui argumento num quid ponderis inesse
 videretur, ex nobis quaerebatur.

En verba responsi a nobis exhibiti.

*Obwohl, das die Existenz des Vermächtnisses erwiesen sey,
 abzunehmen, E. und S. auch nicht läugnen, das ihre Erblasserin
 im Besitze des Nachlasses ihres verstorbenen Ehemanns geblieben sey,
 ohne sich zu erklären, das sie dieses animo retinendi und ihre*

illata an 1325 Richt. zu sichern thue, und ohne, wie es gleichwohl die 57ste Decision erfordert, ein inventarium über gedachten Nachlass fertigen zu lassen, oder solchen in ein Verzeichniß zu bringen, und dieses mit dem Anerbieten zur eydlichen Bestärkung im judicio nieder zu legen, oder auch nur vor letztem sich mittelst eingelegter protestation wieder das Ansinnen, daß sie Erbin sey, zu verwahren, da sie doch gewußt, oder wissen sollen, daß aus der Besitznehmung, einer Verlassenschaft die Willensmeinung, daß man Erbe seyn wolle, in Rechten gefolgert werde, und, daß ein unbeeingter Erbe nicht nur in alle des Erblassers Verbindlichkeiten trete, sondern auch dessen Verordnungen zu befolgen verpflichtet werde; Hiernächst, da der Erbe in Betref aller Gerechtfame und Verbindlichkeiten, welche nicht als *offibus personae* inherentes anzusehen sind, sondern den Vermögens-Bestand ausmachen, mit dem Erblasser für eine Person geachtet wird, es das Ansehen, daß gedachte illata ob *debiti et crediti confusionem* für erloschen geachtet werden müssen, um so mehr zu gewinnen scheint, je mehr dafür gehalten werden dürfte, daß gedachte 57ste Decision, indem sie einen solchen Erben den Abtritt von der Erbschaft nicht gestattet, eben hierdurch die Confusion bestärke, und je mehr nach klarem Inhalte der l. 8. d. acqu. et omitt. haeredit. eine Erbschaft eben sowohl nachtheilig als vortheilhaft seyn kann.

Dennoch aber und dieweil aus jeder Erbschaft zuörderst die hinterlassenen Schulden des Erblassers zu bezahlen sind, und nur denn eine Erbschaft für in der That existirend geachtet wird, wenn nach deren gänzlicher Tilgung noch etwas übrig bleibt, welchen Grundsatz nicht nur das Römische Recht in der Rechts-Regel haereditas, nisi deducto aere alieno, non intelligitur, aufstellt, sondern auch der in der Natur der Sache liegenden Billigkeit halber ihm alle Rechte und besonders das Sächsische dergestalt beypflichten, das sogar die vom eigenthümlichen Erbgrube unterschiednen Heergeräths- und Gerade-Stücke in jenes Ermanglung zur Schuldentilgung verwendet werden müssen, und das es art. 6. des Land-R. wörtlich verordnet, „wer das Erbe nimmt, der soll des Verstorbenen Schulden bezahlen, in so weit, das Erbe zureicht.“ Der verwitweten Titia auch, jemehr sie zur an sich Behaltung des ehemännlichen Nachlasses ihres Einbringens halber Const. 33. Part. III. berechtiget gewesen, und von dessen Insolvenz die beste Ueberzeugung gehabt, da sie von niemanden in Anspruch genommen worden, auch solches nicht gefürchtet, um so weniger zur Last zu legen, das sie die Fertigung eines inventarii oder Verzeichnisses, mit dem Anerbieten, es eydlich zu bestärken, unterlassen, welches HEILFELD in Iprud. for. § 1467. nemine vrgante, für unnöthig erachtet. Und, wenn schon

nach

nach gemeinen Rechten derjenige, welcher den Nachlaß an sich nimmt, um sich gegen die Gefabr, ein mehreres, als die Erbschaft vermag, bezahlen zu müssen, zu sichern, und confusionem propriae et defuncti substantiae abzulehnen, nöthig hat, wenigstens binnen Jahres Frist den Bestand des Nachlasses mittelst eines rechtsgültigen Inuentarii in Gewisheit zu setzen, sowohl hierdurch zugleich die ihm an das Erbe zustehenden Anforderungen zu sichern, l. ult. C. d. jur. delib. §. 4 und 9. Gleichwohl die Chursächsischen Rechte diesem Erfordernisse nicht beypflichten, indem sie nicht nur ein mittelst Eydes bestärktes Verzeichniß alles zum Nachlasse gehörigen einem rechtsheständigen Inuentario an die Seite setzen, und ihm gleiche Wirksamkeit mit diesem beylegen, sondern auch, wenn gedachtes Verzeichniß nicht binnen Jahres Frist, wie es die gemeinen Rechte erfordern, gefertigt, und mit dem Anerbieten zur eydlichen Bestärkung begleitet worden, nach dem klaren Buchstaben der 57sten Decif. den Erben deshalb nicht sofort für eine Person mit dem Verstorbenen geachtet wissen wollen, sondern ihn nur des Befugnisses, die Erbschaft den Gläubigern an Zahlungs Statt abzutreten, für verlustig erklären, vielmehr in Conformität mit dem angez. art. 6. des Sächs. L. R. verbinden, die Gläubiger in so weit es die Kräfte der Erbschaft nach Maasgabe eines rechtlichen Inuentarii oder einer eydlichen Spezification gestatten, zu befriedigen, mithin auch zu-

gleich die daraus gezogenen Nutzungen zu erstatten, keinesweges aber die aus Verabsäumung der in l. fin. C. d. jur. delib. vorgeschriebenen Form abgeleitete Folge der confussionis haereditariae et propriae haeredis substantiae einreten lassen; Anerwogen, daß dieses die Absicht des Gesetzgebers nicht gewesen seyn könne, sofort daraus hervor gehet, indem er den Erben nicht zur unbedingten Erbschafis-Vertretung, als welche Folge daraus hätte erwachsen müssen, sondern „in so weit sie sich vermöge eines beständigen Inuentarii oder eydlicher Specification erstrecket,“ verpflichtet, und eben hiermit das Mittel, womit mehrerwähnter Confusion nach Römischen Rechten nur binnen Jahres Frist vorzubengen ist, unbedingt gestattet, als welches die unmittelbar darauf folgenden Worte „bey verspührter vortheilhafter Gefährde aber auch ultra vires haereditatis“ die Gläubiger von ihrem eignen Vermögen zu bezahlen, angehalten werden“ unzweifelhaft zu erkennen geben. Diese Meynung auch nicht nur Philippi Obf. II. num. 6. ss. ad dict. Decif. 57. unter Beziehung auf allgemeine Obseruanz und mehrere rechtliche Endscheidungen bestärket, sondern ihr auch alle andere Rechtslehrer, indem sie der eydlich bestärkten Specification gleiche Wirksamkeit mit einem rechtsbeständigen Inuentario zugesieben, stillschweigend beypflichten: Ueberdem die auf solche Weise

Weise besonders bey dem ehrlich zu Werke gehenden Erbenaufgebo-
bene jurium confusio zugleich selbst nach der l. fin. §. 9. C. d. Iur-
delib. es nicht gestattet, unter Fremden und des Erbens eignen An-
forderungen zu unterscheiden, jemebr diese distinctio der Natur
der Compensacion zuwiderlaufen müßte, als welche bes. l. 10. pr.
und 21. D. inglichen l. 4. et final. C. d. Compens. wechselseitige
Anforderungen ipso jure aufhebt, und, da sie folglich bereits bey
des Erblassers Lebzeiten ihren wirksamen Ausgang gehabt, und
dessen Vermögens-Bestand verringert, oder ganz aufgezehret,
nach dessen Ableben nicht als vernichtet anzusehen ist; Uud jemebr
mit dieser Unterscheidung die der rechtlichen Analogie entgegen-
stehende Absicht verbunden seyn würde, den de captando lucro
certirenden legatarium putatium, mit empfindlichen Verluste
des Erbens, der nur eignes Vermögen zu erhalten suchet, zu
bereichern; Im übrigen E. und S. nach der Geschichts-Erzählung,
des Titii Verlassenschaft durch eydlich bestärkte Verzeichnisse,
wozu sie gelassen worden, und durch andere Beweifs-Mittel dar-
gehan, und hiermit zugleich, das dessen status passivus den
activum mit mehreren tausent Thalern überstiegen habe, in
Gerichtsheit gesetzt:

So sind der Titia illata an 18325 Rthlr. als ein Passivum der
Erbchaft Titii für behauptet, und obtentu debiti et crediti con-
fusionis

futionis keinesweges für erloschen, auch eben deswegen der auf ein vom Titius hinterlassenes Vermächtniß gerichtete Anspruch für unerwiesen zu achten. V. R. W.

Illustri huic quaestioni, cui praemissa commentatione satisfecisse mihi videor, inuestigandae opportunitatem praebuit Vir Illustris

GODOFREDVS AVGVSTVS LIBER BARO
DE LORENZ

qui has vitae adhuc in litteris transactae nobis lineas exhibuit:

Natus sum Mittweidae d. V. Dec. A. C. MDCCLXXVI.
patre IOANNAE GODOFREDO, Lib. Bar. de LO-
RENZ, Sereniss. Elect. Sax. in causis camerae et rebus
Fisci Consiliario, cujus mortem praematuram etiamnum
pio amore et magno ejus desiderio deploro, et matre
IOANNA SOPHIA, ex gente SCHEIBIA. Postea-
quam

quam a prima iuuentute prouidentia optimorum praeceptorum domesticorum in primis MARTINI, FABRICII et REICHELII, religionis et litterarum elementa didiceram, omnem in me formando et erudiendo per tres fere annos collocauit operam HEYNIVS, vir celeberrimus et doctissimus, Serenissimo Duci Saxoniae Coburgensi nunc a consiliis, cui tantum, quantum hominem homini debere fas est, me debere gratissima mente agnosco. Cujus doctrina instructus, ipso vero comite, Lipsiam me contuli et A. MDCCXCV. Academiae, BECKIO Rectore, nomen dedi. Vt sum doctoribus in philosophia addiscenda PLATNERO, in historia WIELANDO, in mathematicis disciplinis SEBASSIO, in physicis TAVBERO. In iure naturali et publico

C

Imperii

Imperii Germanici cognoscendo secutus sum disciplinam
 CAESARIS, ARNDTII et WEISSII. Institutiones
 juris ciuilibis et pandectas mihi tradidit HAVBOLDVS.
 In iure criminali, canonico, germanico et saxonico
 BIENERVS, MVELLERVS, APELIVS et SICKE-
 LIVS me instituerunt. In ordine iudiciario modoque
 litium tractandarum adii scholas ERHARDI et SCHNEI-
 DERI, qui simul artem relatoriam mihi proposuit et per
 examina super vniuersae iuris prudentiae ambitu me ex-
 ercuit. In primis praelectionibus ad ius clientelare a
 viro summe Reuerendo RAVIO habitis, nec non alio-
 rum virorum doctissimorum et quidem LVDWIGII,
 ESCHENBACHII, HEDWIGII et RVEDIGERI
 scholis eximia cum voluptate interfui.

His

His igitur disciplinis instructus, quum jurisprudentiae potissimum se mancipasset, pro obtinenda in utroque jure Baccalaureatus dignitate collegio nostro se explorandum praebuit. In quo tentamine ad quaestiones ex vario jure, civili potissimum, pontificio, feudali et forensi sibi propositas fere omnes apprime respondit, et, quod in jurisscientia sibi comparanda diligenter fuerit occupatus, probatum dedit. Adeoque non solum dignitate, quam ante menssem frater impetrauerat, non minus eum bene merentem ornandum, verum simul etiam patriae et inprimis illustri genti de viris gratulandum esse censemus, qui, dum litteris pretium statuunt, aliis virtutibus et animi dotibus simul commendabiles, spem faciunt certissimam, fore, vt conspicuam aliquando in republica prouinciam sint tuituri.

Scribebam. Lipf. Domin. XXI. post Fest. SS. Trinit.

A. C. MDCCC.

EX OFFICINA SAALBACHIA.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



ULB Halle
006 377 238

3



Vd 18







3
9800 3
5

ORDINARIUS
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
FACULTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
VIRI ILLVSTRIS
LIBERI BARONIS
GODOFREDI AVGVSTI
DE LORENTZ
MITTWEIDA - MISN.
EXAMEN
D. XXIX. OCTOBR.
LAVDABILITER SVPERATVM
PVBLICE TESTANTVR.

Inest Respons. Iur. CXIV.
In Saxonia per haereditatem non effici jurium
confusionem.

Verf. Bauer, Heinr. Gottfr.